



Societas Iesv Amatrix, Cultrix, Imitatrix, Christi Crvcifixi

Sandaeus, Maximilianus

Antverpiae, 1647

51. Desiderat nudus, & Cruce onustus, per plateas urbis homines ad
pœnitentiam provocare, Julius Mancinellus, Italus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55449](#)

AMATRIX CRVCIFIXI. 85

qui non poterat, digitum intendit in S.
Ignatij imaginem, quæ CRVCIS effigie
adjurata ornari soleret, significans à quo
eam expectare oporteat; sicque ad CRV-
CIFIXVM suum benedictus à Domino
latus evolavit, Kalend. Octob. Anno
M.DC.XI. ætatis LXXXIV. Religionis LXXI.
Madriti.

Nicolaus Orlandinus 1.p hist. Societ. lib. 3. lib.
9. lib. 12. lib. 15. & 16. Franciscus Sacchin. 2.p.
hist. lib. 3. & 4. Imago primi sec. Societ. pag. 334.
738. 860. B.S. Elog. Vit.

DECAS VI.

I.

AMATOR CRVCIFIXI

Desiderat nudus, & Cruce onustus, per
plateas urbis homines ad pæniten-
tiam provocare.

JULIUS MANCINELLVS Italus primā 51.
ætate innocenter traducta, consilium JVLIVS
cæpit Laureti vitæ religiosæ ineun- MANCI-
dæ. Admissus ad exercitia spiritus, in ijs NELLVS
obeundis tanta sui mortificādi, compri-
mendiisque studio exarsit, tanta rerum
humanarum & propriæ existimationis
fastidio est captus, ut nihil cunctaretur,
nudus, si potestas fieret, laqueum collo
indutus, CRVCA onustus, per publicas ci-
vitatis

vitatis suæ vias ad pœnitentiam homi-
nes elatâ voce provocare.

Per eos dies laterem è pavimento ex-
emptum toties impegit in pectus, dum
brachium laffaretur : & ex illo flagellis
in se acriùs desævire instituit. Mira dein-
de fecit , quæ inflammatissimi pectoris
erga CRVCIFIXVM ardorem manifesta-
runt. Ipse pueros Christianæ fidei rudi-
mentis imbuere , corundem cantillan-
tium agmini præire , atque præcinere;
nosocomia , carceres frequentare , reos
ad supplicium perducere; ipsas in prosti-
bulis lupas ad virtutem deinde provo-
care, tanta efficacitate, ut una aliquando
concione duas de viginti abstraxerit.

Penetrabat sese in stabula, in leprodo-
chia , in graveolentissimos angi portus.
Remiges in triremibus , rusticos paga-
tim, mutos , surdos , & quò magis erat
quisque aliorum destitutus ope , eò im-
pensiùs ipse quæritabat . Nullus eum
contagij motus revocabat ; quin & in
afflitorum pestiferâ lue servitium non
semel se tradidit. Hæc , & his similia, ac
majora etiam suadebat Amor CRVCI-
FIXI.

Tandem defatigatus magis, quàm sa-
turatus laboribus in Christi caussa per-
ferendis, Neapoli, ubi aliquot mensibus
lecto affixus decubuit, Sacramentis re-
creatus, sumimâ animi vultusque hilari-
tate,

CVLTRIX CRVCIFIXI. 87

tate, pacatissimè expiravit, die xiv. Augusti, Anno M.DC.XVII. ætatis LXXXI.
Societatis aditæ LXI.

Litt. Neapol. Elog. Vit. B. S.

II.

AMATOR CRVCIFIXI

*Litanias de Passione Domini quotidie
piè recitat, aliq[ue] edit signa tener-
rimi in Crucifixum affectus.*

LEONARDVS LESSIVS Belga, *Quo* 52.
nōn doctior, atque temperata vita san-
ctius ordinem sequutus, Alter Belgiacis re-
fulsus oris. Ut quidam canit, in cubiculi
sui pariete hanc epigrahen fixerat: AMOR
MEVS CRVCIFIXVS EST. Et erat ipse erga
CHRISTI PASSIONEM teneritudine ani-
mi insigni. Unde illi par studium pa-
tiendi, & in adversis tolerantia tam ro-
bussta, ut ipse fateretur, se ijs quæ patie-
batur malis parem haud futurum, nisi
peculiari fuisset auxilio divinitus adju-
tus: morte graviora esse, & levius illis
fore incendium, quo vivus conflagraret.
Incredibilis illi dolor erat in vesica le-
vanda, & cogebatur extremis temporis
bus plus centies diei noctisque spacio
ad eum cruciatum.

Orationi plurimum temporis dabat,
eaq[ue] sola annis plurimis, quæ conficere
solebat

LEONARDVS LESSIVS Belga.